# HARLUNGERBERG B.M.V.

Harlingoth, Ecclesia B.M.V. in Harlungi Monte, Marienberg, Mons B.M.V.

Convent uff Unser Liben Frawen Berg vor Brandenburg – Capittel auffm Berge.

Juxta urbem Brandenburg, in eadem diocesi, nunc Dioc. Berlin.

In hoc monte fuerat pervetusta peregrinatio pagana ad idolum Triglav, post conversionem regionis vero ad Beatam Mariam Virginem. Anno 1435 ecclesia cathedralis Brandenburgensis fundavit ibi canoniam ordinis pro uno decano et quinque canonicis, ab anno 1443 vero sub praeposito libere electo. Sub paternitate capituli cathedralis. Una cum canonia fundata est apud ecclesiam eius Sodalitas Equitum B.M.V. de Cygno. Ecclesiae incorporatae et administratae: Butzow, Wildenbruch, Falkenrehde, Wernitz et Rathenow. In fine fuit reformata et florens.

Anno 1543 suppressa est. Aedificia paulatim sunt ruinata, et anno 1722 iussu regis Borussiae omnia sunt rasa. Nil nisi aliqua fundamenta supersunt, quae, nunc sicut bona canoniae pertinent ad ordinem equestrem Sti. Joannis (lutheranum). Specimen plasticum ecclesiae, quae erat pulcherrima et quattuor turribus ornata, extat in museo Brandenburgensi.

Archivalia: 18 diplomata supersunt (in Geh. Staatsarch. Berlin). Vide Germ. Sacra l.c. 197.



ELENCHUS

Bibliographia: ADLER I 5/8 – BERGAU 272/74 – BÜNGER – DOLISTA Cap. Sax. cf. ind. 147 – Form. Pr. 314 – GABRIEL 8, 9, 13 – GERCKEN CDBr 659/60 – Germ. Sacra Br. 197/210 – GOOVAERTS II 39 – GOTTLIEB 386 – GROTE 56 – HUGO I 799, II 197 – JbHVBr. 1870, 57/58; 1894, IX; 1896, 66/78; 1898, 63/65; 1904, 17 – KAHL 972 – Kdm. Brandenb. II 3, 121/37 – WAEFELGHEM 260 – ZAK PAM 45 – G. E. FINCKLER Sacra Sodalitas Beatae Mariae Virginis in Monte ad Vetus Brandenburgum, Br. 1745 – J. GEBAUER, Der Untergang des Präm. Klosters auf dem Harlungerberg, JbHVBr 34/35, 1904, pp. 55/67 – IDEM, Beiträge zur Geschichte der Marienkirche und des Präm. Klosters auf dem Marienberg, ibidem 38/39, 1908, 79/83 – J. C. HEINSS, Abriß und kurze Beschreibung der Marienkirche, welche auf dem hiesigen Berge bei der Altstadt Br. gestanden hat, Br. 1752 – K. F. KLÖDEN, Zur Geschichte der Marienverehrung vor der Reformation in der Mark Br., Berlin 1840 – H. KRABBO, Zur Baugeschichte der Marienkirche in Brandenburg (FBrPrG XVII 1904, 12/14) – N. LEUTINGER Script. Historiae Marchiae Brandenburg lib. XVII, 1729, 592 ff. – R. SCHILLMANN, Der Marienberg (Harlungerberg) vor der Stadt Br., Br. 1880 – L. SCHNEIDER in Mittlgn. Ver. Gesch. Potsdams 1864, II Lief. 1/16 – G. SELLO, Die Marienkirche auf dem Harlungerberg, (FBrPrG V 1892, 190/92, 537/44).

### Series praepositorum (G. S.)

Johann Heyse 1443–
Heinrich 1448
Dietrich Brand 1455/67
Johann v. Lüderitz 1471/74
Anton Gode 1483, † 1488
Martin Jacobi 1490/97
Matthaeus Langenfeld 1499
Valentin Schüler 1504, † 1515
Andreas Möring 1515/30
Johannes 1543/44
Peter Reinicke † 1547

## HAVELBERG Assumptio B.M.V et St. Martinus

Havelburh, -berga, -berh, -bergen, Havelinberga, Havelunberg, Hevelberg.
Olim sedes episcopalis, hodie parvum municipium ad flumen Havel, non longe a Stendal, Prov. Brandenburg. Nunc dioc. Berlin.

Ecclesia cathedralis. Episcopatus fundatus est probabiliter anno 946 ab Ottone I. Imperatore. Primo fuit suffraganeus Moguntinus, ab anno 968 Magdeburgensis. Primo episcopo Udone anno 983 a Wendis necato, episcopatus in medio terrae paganae et incultae elanguit, donec Albertus Ursus marchio anno 1144 eum de novo erexit, adiuncto ei capitulo regulari Ord. Praem. Filia B.M.V. Magdeburgensis, filiae ipsius sunt Brode et Grobe. Primus eius episcopus ex ordine. Anselmus, fuit vir praeclarus, egregius scriptor, et mortuus est exarcha Ravennae. Parochiae incorporatae capitulo: Havelberg, Sti. Laurentii, Kyritz, Kemnitz, Perleberg, Wittstock, Sandau, Prig-

nitz, Breddin, Gumtow, Jederitz, Netzow, Schönermark, Schönhagen, Söllenthin, Stüdenitz, Toppel, Großpankow, Kuhbier, Kunow, Köritz, Manker, Protzen, Rehberg, Berge St. Nicolai, Borstel, et ecclesia in Wilsnack[1]. Quae omnes partim, praesertim quinque priores, administratae sunt a canonicis. De existentia monialium nihil reperimus, conversos habuit saeculis XII/XIII tantum. Praepositus iam anno 1281 habuit propriam curiam, a conventu segregatam, et erat propriis capellanis circumdatus. Paupertas mox est derogata, sed ceteroquin vita regularis et communis mansit intacta usque in finem. Religiosi intra claustrum albis, extra flavis vestibus induebantur. Fridericus II. Elector Brandenburgensis anno 1447 a Summo Pontifice permissionem obtinuit transferendi capitulum regulare Havelbergense ad ecclesiam in Wilsnack, et erigendi loco eius in Havelberg capitulum saeculare. Exsecutio huius consilii resistentia ordinis et ipsius capituli est impedita.

Anno 1507 tamen insidiae principis successerunt, et capitulum mutatum est in saeculare, quod anno 1561 lutheranum factum et anno 1819 saecularisatum est. Aedificia fere omnia supersunt, perpulchra ecclesia cathedralis nunc est lutherana, in claustro est schola. Antiquum cellarium inservit catholicis ut ecclesia parochialis. Magna pars bibliothecae superest (nunc in Geh. Staatsarchiv Berlin, et Preuß. Staatsbibl. Berlin).

Archivalia: Archivi maior pars periit. De archivo capituli supersunt 23 diplomata (nunc in St. Arch. Magdeburg et Berlin), de archivo episcopali 33 (Geh. Staatsarch. Berlin).

Bibliographia: Berghaus Landb. I 619 f. – Brunner 731 – Dehio 175/36 – Dolista Cap. Sax. cf. ind. 147 – Eubel I 282, II 180 – Gabriel 8 ff. – Goovaerts I 22/23, III 13, IV 7, 8, 11/13, 126, 127, 179, 186, 318 – Grote 215 – Hugo I 799 – Kahl 983 – Kdm. Brand. I 1, Krs. Westpriegnitz, 1909, 36/110 – Lehmann Brockhaus cf. ind. – Lettr. com. Jean XXII 13 894/95, 21 625, 30 496, 62 264 – LThK IV 847/48 – Migne PL t. 189, 1148, 1243, 1300, XI 480 – Petersohn cf. ind. – Potthast 2743, 19 300, 25 126 – RegBen. XII 9462 bis – Reg. Boniface VIII 4471, 4562 – Rep. Germ. II 113, 386, III 118, 142, IV 146, 254, 457, 716, 728, 981, 983, 986, 1010, 2766, 3790 – Riedel CDBr A II 345/520, III 1/216, 264/335, IV 277 f. – idem, Mark Br. 1250, 3, 5 – Schäfer 15, 28 ff., 62 ff., 90 – Siebmacher 156 – Waefelghem 109, 377 – Wentz Reg. Vat. cf. ind. – Winter 154 ff. – ZAK EOP (1928) 175, 176, 180, 183, 185, 186, 299, 301, 307/10, 406, 407, 410, 412, (1929) 49, 51, 140, 143, 145, 242, 244 – G. Albrecht in „Brandenburgia", Berlin 1898, 100/08 – C. Bauer, Der Havelberger Dom (Christl. Kunst XXIII, 1927, 244/50) – Th. Becker, Geschichte des Bistums Havelberg, Berlin 1870 – H. Bresslau, Zur Chronologie und Geschichte der ältesten Bischöfe von Brandenburg, Havelberg und Aldenburg, (FBrPrG I 1888, 385/97) – J. G. Büsching, Reisen durch einige Münster und Kirchen des nördl. Deutschlands 1817, Leipzig 1819,

[1] Haec ecclesia facta est celebris per „miraculum" hostiarum sanguinem sudantium, quod, etsi immo a contemporaneis ut valde dubium esset repudiatum, ansa fuit affluxus immensi peregrinantium.

64/80 – N. Hädicke, Die Reichsunmittelbarkeit und Landsässigkeit der Bistümer Brandenburg und Havelberg, Naumburg 1882 – J. Heckel, Bilder aus der Geschichte des Domstifts H. (FBrPrG XXXIX 1927, 51 ff.) – N. Heitz, Das Wunderblut von Wilsnack, Straßburg 1904 – N. Hennig, Die Kirchenpolitik der älteren Hohenzollern, Diss. Berlin 1906 – G. G. Küster, Bibliotheca Historica Brandenburgia (Breslau 1743) III Cap. 8: De Missalibus et Breviariis ecclesiae Havelbergensis – J. B. Lejeune–Schönhagen, H. im Spiegel der Geschichte, Festschrift H. 1948 – S. Lentz, Stiftshistorie von H., Halle 1750 – W. Luck, Die Prignitz und ihre Besitzverhältnisse vom 12. bis 15. Jahrh., München/Leipzig 1917 – N. Ludewig, Catalogus Havelbergensium episcoporum cum diplomatibus et sigillis (Reliquiae manuscriptorum omnis aevi, Frankfurt/Leipzig 1726, VIII 236/48) – G. Müller/Alpermann, Stand und Herkunft der Bischöfe der Magdeburger und Hamburger Kirchenprovinzen im Mittelalter (Prenzlau 1930) 26/31 – C. B. Opalinsky, Geschichtliches über die Städte . . . Klöster in der Prignitz, Wittstock 1906, 226 ff. – K. Pfändtner, Die Havelberger Bischöfe und ihre Beziehungen zu König, Papst und Landesfürsten (Wichmann Jahrbuch 1930, 95/115) – idem, Ein Brief Anselms v. H. (Anal. Praem. 1931 97/107) – W. Polthier, Die ehemalige Domstiftsbibliothek zu H., Berlin 1928 – A. Schirge, Der Dom zu H., Berlin 1970, 3a ed. 1980 – Stara in Anal. Praem. 1936, 205 f. – G. Wentz, Germ. Sacra, Havelberg 1/25 – idem, Der Urkundenbestand des Bischofsarchives zu Wittstock nach einem Inventarfragment aus den Jahren 1476/87 (Arch XXXVIII, München 1929, 74/86) – idem, Eine Pfründenordnung des H.er Domkapitels (s. XV), in: Jb. f. Br. KG 26, 1931, 3/7 – idem, Havelberg, Jerichow und Broda (Festschrift f. Ad. Brackmann, 1931, 324/46) – A. Zoellner, Chronik der Stadt H., Geschichte der Stadt, des Domes und des Bistums, 2 Bde. Rathenow 1893 – De Anselmo Havelbergensi cf. LThK I 468, DHGE III 548/60, G. Schreiber, Studien über A. v. H. zur Geistesgeschichte des Hochmittelalters, (Anal. Praem. XVIII 1942, 5/90) – Germ. Sacra l. c. 33/40, et K. Fina, Anal. Praem. 1956, 96/101; 193/227, 1957 5/39, 268/80, 1958: 13/41. Opera eius apud Migne PL 188, 1093–2047.

## Series Episcoporum (G. S.)

Praecedent 9 episcopi ante annum 1129, quorum nostra non interest. Ex reliquis, infra allatis, 26 erant canonice electi. Quatuor tantum non erant orti ex nobili genere. 18 episcopi certe erant ex ordine; illi, qui ei erant alieni, pluries erant nominati contra leges canonicos. De Episcopo Burchardo II (1348/69) non certe constat, an fuerit de ordine, ultimi duo (1521/48) prodierant e capitulo regulari. Henricus I. v. Kerkow (1244/72) residentiam episcopalem transtulit in Wittstock.

Anselm 1129–55
Walo 1155–77/78
Hubert 1177/78–91
Helmbert 1191–1206
Sigebodo 1206/07–19/20
Wilhelm 1220–44
Heinrich v. Kerkow 1244/45–71/72
Heinrich 1271/72–90
Johannes 1290/91–1304
Arnold v. Plotz 1304–12
Reiner v. Dequede 1312–19
(Heinrich 1319–24)
Dietrich 1324/25–41/42
Burkard v. Bardeleben 1341/42–48
Burkard von Lindow 1348/49–69
Dietrich v. Man 1370–85
Johann Wöpelitz 1385–1401
Otto v. Rohr 1401–27

Friedrich Krüger et Johannes von Beust, anno 1427 electi et confirmati, sed non consecrati sunt.
Konrad von Lintorff 1427–60
Wedigo Gans v. Putlitz 1460–87
Busso v. Alvensleben 1487–93
Otto v. Königsmarck 1493/94–1501
Johann v. Schlaberndorff 1501–20
(Georg v. Blumenthal 1520–21)
Hieronymus Schultz 1521–22
Busso v. Alvensleben 1522–48

## JERICHOW B.M.V. et St. Nicolaus

Jericho, Jhericho, Jerkow, Jerchau, -ow, ouwe.

Juxta oppidum Tangermünde, ad flumen Elbe, Prov. Sachsen, Dioc. Havelberg.

Praepositura, fundata in vico Jerichow circa annum 1144 ab Hartwico praeposito ecclesiae cathedralis Magdeburgensis (qui postea archiepiscopus Bremensis est factus, vide infra apud Stade), apud ecclesiam parochialem B.M.V. iam existentem. Filia B.M.V. Magdeburgensis. Anselmus episcopus Havelbergensis dedit ei provisorie characterem capituli cathedralis, et ecclesia eius fuit cathedralis dioecesis Havelbergensis, usque ad perfectionem ecclesiae ibidem. Anno 1148/50 translata est in alium locum tranquilliorem, non longe distantem, extra vicum situm. Confirmatio pontificia anno 1159. Ecclesia adhuc stans, de pulcherrimis exemplis styli romanici in Saxonia, perfecta est anno 1172. Advocati erant marchiones Brandenburgenses. Filia: Gramzow. Jerichow nec fuit dives, nec umquam bene floruit. Multa passa est in bellis. Fuit sedes archidiaconatus, et habuit sequentes ecclesias incorporatas: Lögow, Großwulkow, Jerichow, Kabelitz, Melkow, Molkenberg, Neuenklitsche, Niebelock, Rehberg, Steinitz, Zolchow, quas fere omnes et ipsa administravit. Versus finem saeculi XV collapsa est, anno 1530 habuit 11 canonicos, anno 1540 tres tantum. Anno 1551 exspoliata est, et administrator saecularis ei praefectus, sed ultimi tres canonici vitam suam ibi finierunt. Annis 1629/31 erat ordini restituta, sub praeposito e canonia Teplensi advocato.

Aedificia supersunt integra, claustrum factum est praedium guberniale. Ecclesia, quae est biturris, diu inservit cultui lutherano, postremo profanata est in depositorium. Nostris autem diebus, una cum monasterio, bene restaurata est.

Archivalia: Archivum periit. Pauca tantum supersunt in Archivis Status Magdeburgi et Berolini: ex annis 1144/1517 56 documenta. Vide Krabbo et Wentz o. c.

Bibliographia: Adler I 36 – Brunner 736 – Dehio 212/18 – Dolista CapSax

cf. ind. 148 – GAU cf. ind. – Germ. Sacra Havelberg 187/210 – GOOVAERTS I 21, 33, II 72, IV 112 – GROTE 255 – HEGEL cf. ind. – HUGO Ann. I 865, prob. 661 – JbDG Lothar v. Supplinbg 550 – JL 10541 – KAHL 988 – LThK V 312 – OTTE 624/30 – POTTHAST 2743, 10282, 14956, 22402 – Reg. Bonif VIII 4562 – RepGerm II 284, 386 – STEENBERG cf. ind. – WAEFELGHEM 130, 378 – WINTER 148/54, 349/52 – ZAK PAM 46 – IDEM EOP (1928) 408 – E. BADSTÜBNER, Kirchen der Mönche, Die Baukunst der Reformorden im Mittelalter, Berlin 1980, 132, 134 – Centralblatt der Bauverwaltung IV 1884, 150, 161, 172, 235, 443, 466, 478, 503, 516, 530 – N. EITELJÖRGE, Notizen über Jerichow, J. 1896 – P. FÖRSTER, An der Wiege der norddeutschen Backsteingotik, (Neue Zeit, XXXVII Berlin 1981, Nr. 201 p. 3) – R. HAUPT, Gesch. des Ziegelbaus und der deutschen Ziegelbaukunst bis durch das 12. Jahrh. 1929 – G. HERTEL, Wüstungen im Jerichowschen (GBMagd 1899, 206/327) – H. KRABBO, Verzeichnis der Urkunden des Präm. Stiftes J., ibid. 1921/24, 96/110 – J. LELANG, Die Entwicklung des Backsteinbaues im Mittelalter in Norddeutschland (Studien zur deutschen Kunstgeschichte, Heft 283, Straßburg 1931) – G. v. MÜLVERSTEDT in GBMagd 1867, 133 – R. NAUMANN/BÖRNER, Zur Geschichte und Baugeschichte des Klosters J., Genthin 1978 – A. PIETSCHMANN (v. infra apud Magdeburg) 30/33 – F. v. QUAST, Zur Charakteristik des älteren Ziegelbaues in der Mark Brandenburg, mit besonderer Berücksichtigung der Klosterkirche zu J. (Deutsches Kunstblatt I 1850, 229/40) – G. REISCHEL, Wüstungskunde der Kreise J. I und J. II (Geschichtsquellen der Provinzen Sachsen und Anhalt IX, Berlin 1930) – Th. RUDOLPH, Die niederländischen Kolonien der Altmark im 12. Jahrh., Berlin 1889, 51/68 – W. SENS, Bismarckland und Flämingsland. Versuch eines Heimatgeschichtsatlasses für die heutigen Kreise Jerichow I und Jerichow II, Ziesar 1926 – L. STORBECK, Kloster J. (Heimatkalender für Stadt u. Land Magdeburg 1931, 38/42) – G. WENTZ, Die Urkunden des Jerichower Stiftsarchivs (JHKSA 1929, 291/99) – IDEM, Havelberg, J. und Broda (Festschrift f. A. Brackmann 1931, 324/46) – IDEM, Die staatsrechtliche Stellung des Stiftes J. (JHKSA V 1929, 266/99) – E. WERNICKE, Bau und Kunstdenkm. der Kreise Jerichow, Halle 1898, 20, 306/31. –

### Series praepositorum

(G. S., aucta e documentis nondum publicatis Archivi Magdeburgensis)

Baldram 1145
Dietrich 1148
Isfried 1159–78
Salomon 1186/1205
Heinrich 1209
Andreas 1215
Alexander 1240
Johannes 1255
Otto 1275
Bertram 1287
Johannes 1296/98
Werner 1314/17
Konrad 1331
Werner v. Bredow 1387, res. 1392
Johannes 1392–
Rudolf 1401
Henning ante 1430
Philipp v. Schwechten 1430
Johannes Godeke, electus sed non confirmatus, eius loco Johannes v. Arnstedt inter annos 1434 et 45 postea praep. in Leitzkau
Johannes Waddekath (alias Wadeker, Wudekop) 1468/90
Arnold v. Randow 1490–ante 1497
Ludwig Storchaw 1501/03

| | |
|---|---|
| Johannes v. Briest 1517/21 | Zacharias Bandhauer 1628/32 |
| Jakob Moess 1524/47 | |

Inseri nequit: Dietrich (Obit. Prém. ed. v. WAEFELGHEM 13a. Apr.) Probabilius non est idem ac secundus ut supra.

## KLOSTERRODE (B.M.V. et) St. Albanus

Hilleberge-, Hildeburg-, Hilleborche-, Hilbelinge-, Hilborge-, Hille-, Hilberge-, Berken-, Helborge-, Helbergerode, -rodhe, -roth, -rothe, -rhoda, -roda, Closteroda[1], Roda, Rhoda, Rode. Vitetur confusio cum Rode in Circ. Vadegotiae, cum Roth in Circ. Sueviae, cum Roda asceterio O. Cist. in Thuringia, cum Mönchröden abbatia OSB prope Coburg.

Prope Blankenhain et Eisleben, Krs. Sangerhausen, Prov. Sachsen. Dioc. Halberstadt, nunc Paderborn.

Praepositura, fundata, circa annum 1147 a nobilibus de Querfurt, qui saeculis XII et XIII etiam advocatiam eius habuerunt. Filia B.M.V. Magdeburgensis. Fundatio anno 1120 per Hillam seu Hildburgem quandam comitissam est improbabilis et legendaria. Canonia haec locuples et conspicua possedit multas ecclesias jure patronatus, ex quibus diversis temporibus ipsa administravit sequentes: Riestedt, Blankenheim, Bornstedt (mutata anno 1323 pro Steden), Grillenberg, Röblingen, Wippra, Leiha et Lüdersdorf. Ecclesiam in Schraplau mutavit anno 1292 pro Berge, quam possedit usque ad annum 1462. Ultimo saeculo vero ad parochias ei propiores se restrinxit. ceteras linquens clero saeculari.

Anno 1421, nobiles de Querfurt sunt „domini temporales“ canoniae. Sequuntur eis comites de Mansfeld, in quorum territorium erat sita, et qui hoc tempore etiam advocati eius erant.

Anno 1469, 1525 et saepius est combusta et devastata. 1535: 8, 1540: 2 conventuales. Anno 1543 suppressa et alienata est. Abhinc erat praedium variarum familiarum nobilium. Ecclesia non subsistit, aedificia claustralia supersunt partim, invenitur in illis aula romanica duarum navium, quae forsan servierat quondam ut refectorium vel crypta.

Archivalia: LArch Magdeburg: 3 dipl. 1283/1434 – LHA Dresden 5 dipl. 1469 et 1 vol acta 1525/50

Bibliographia: BÜNGER – DEHIO I 215 – DOLISTA Cap. Sax. cf. ind. 143 –

[1] Anno 1504 prima vice authentice occurrit sub hac denominatione, quae erat exinde communis.

Hauck IV 985 – Hugo I 827, prob. 651/52 – Israel/Möllenberg Nr. 385 – Kdm. Sachsen Heft 5, Krs. Sangerhausen (Halle 1882), 43/46 – Ledebur 65 – LThK VIII 932 – Reg. Imp. V 10040 – Rep. Germ. IV 2, 2475 – Riede CDBr I 10 – Schöttgen/Kreysig II 710, nr. 48, 771 Nr. 196, 799 Nr. 252. 707 Nr. 37, 716 Nr. 64 – Waefelghem 115 – ZAK PAM 13 – idem EOP (1928) 173 – R. Herrmann, Verzeichnis der im preußischen Thüringen bis zur Reformation vorhanden gewesenen Klöster, (ZVThG VIII, Jena 1871, Nr. 118) – Hertel Urkundenbuch d. Stadt Magdeburg (vide ibi infra) Nr. 13 – M. Krühne, Urkundenbuch der Klöster in der Grafschaft Mansfeld, Halle 1888, XIf., VI 331/88; Gerbstedt Nr. 25, 30; Wimmelburg Nr. 30, 44, Sittichenbach Nr. 120, 133 – B. Lauhn, Spicilegium de monasterio Closteroda dioec. Halberstadiensis, cum ineditis litteris publicis monasteria. etc. Weimar 1764, – C. Schmidt, Urkundenbuch des Hochstifts Halberstadt und seiner Bischöfe IV (–1425) Leipzig 1883/89, Nr. 394, 438, 514, 515. –

Series praepositorum (StA Magdeburg)

Balduin 1173
Alexius 1182
Ekkehard 1194/1205
Johannes 1214
Ekkehard 1220
Konrad 1223
Heinrich 1246
Lambert 1251
Konrad 1252
Albertus 1254/55
Hermann 1264
Otto 1272/83
Theodorich 1292/93
Gottfried Schonehabt 1299/1300
Otto 1302
Johannes 1309/29
Balduin 1386
Bartold 1394
Johannes 1406
Hermann Miszener 1419
Nikolaus Strausberg 1422, res. †post 1437
Johannes Hattendorf 1434
Heinrich Gerlaci 1437
Konrad Heimknecht 1449/61?
Hermann Myssener 1468/69
Johannes Andreae 1479
Johannes Kutzrode 1503
Michael Wehert 1519–34
Petrus Werth 1534–35
Petrus Meyss[2] 1537–40

## KÖLBIGK SS. Magnus (et Stephanus)

Chol-, Col-, Kol-, Cole-, Kolebeke, -bice, -beck, becke, -bick, Culbeck.

Prope Bernburg a.d. Wipper, Anhalt, Dioc. Halberstadt, nunc Paderborn.

[2] Praepositus ille erat „auß Probant de Hertogenbosch", et ultimus conventualis eius Jan Otmarsen „aus Stift Utritz", id est Utrecht. Si transcurrimus series praepositorum et elenchos religiosorum cuiuslibet canoniae circariae Saxoniae saeculis XV et XVI, miramur, quot ex illis orti erant ex Neerlandia (Cf. Stade).

Praepositura. Ecclesia antiqua parochialis, juxta quam anno 1004 quoddam „miraculum saltantium"[1] acciderat, facta est propter hoc celebris locus peregrinationis. Mox, nempe inter annos 1010 et 20, adiuncta est ei ab Henrico II. Imperatore monasterium monachorum O.S.B., dependens ab abbatia Michelsberg in Bamberg. Quod cum esset omnino collapsum, Engelbertus episcopus Bambergensis tradidit Praemonstratensibus anno 1140. Confirmatio pontificia canoniae, quae sita erat „in fundo Bambergensis ecclesiae", data est anno 1142. Filia B.M.V. Magdeburgensis. Ecclesiae incorporatae et partim ad tempus etiam administratae: 1227 Borne cum filiali Bergholt, quas mutavit anno 1389 cum Plötzkau; Gilverstede, Lentze, Nienkorde. Anno 1350 praepositus loquitur de una „moniali nostri monasterii"[2], ideo videtur fuisse hoc tempore serotino adhuc monasterium duplex. Saeculo XV omnino erat collapsum, et tanto aere alieno oneratum hoc coenobium, ut vita communis plane cessaverit. Anno 1469 vero se subdidit et univit canoniae B.M.V. Magdeburgensis, ideo et reformationi, quae eam ad intus et ad extra relevavit a ruina. Sed iam medio saeculo post iterum erat in mala conditione. Anno 1515, sicut iam factum fuerat anno 1289, colliguntur pecuniae, et praebentur indulgentiae ad restaurandam eius ecclesiam. Anno 1525 devastatur a rusticis. Dein Margaretha principissa de Anhalt administravit eam, solvit debita eius, installavit adhuc duo praepositos, tamen canonia reviviscere nequivit. Anno 1540 suppressa est, exinde est praedium guberniale. Praeter ecclesiam romanicam, quae nunc est horrea, de aedificiis fere nihil subsistit.

Archivalia: LArch Magdeburg 2 dipl. 1426/1527 – LArch Oranienbaum 25 dipl. 1233/1500, quae partim nunc sunt in Göttingen –

Bibliographia: Dolista Cap. Sax. cf. ind. 143 – Grote 83 – Heinemann CDA I 293, 294, 585, 674, 693, II 35, 57, 72, 79, 89, 90, 117, 133, 184, 229, 528, 568, 608, 735, 758, 792, III 17, 204, 306, 428, 681; 727, 909, 879, IV 81, 82, 87, 140, 153, 281, 423, 445, 471, 491, 494, V 110, 125, 205, 220 – Hertel Urkb. Ul. F. Nr. 100, 102, 104, 158, 159 – Hugo I 523 – Israel/Möllenberg 451 – JbDG Konrad III 476 – JW 8240 – Potthast 3495 (? Coldriz) – Schmidt UBHHalb II 1621 – Waefelghem 137, 378 – ZAK PAM 13 – J. Ch. Beckmann, Historia des Fürstenthums Anhalt-Zerbst, (Zerbst 1710) IV 465/73 – Büttner/Pfänner Anhalts Bau- und Kunstdenkmäler, Dessau 1895, 170ff. – v. Heinemann, Albrecht der Bär, Darmstadt 1864, 298 – W.

[1] Parochus loci, nomine Rupertus, in ipsissima nocte sacrum peragens cum fidelibus suis, vehementer increpavit juventutem petulanter ante portam ecclesiae saltantem et tumultuantem. Cum monitiones eius iteratae essent absque fructu, sollemniter maledixit saltantibus, ut per integrum annum choreas suas prosequi deberent – quod et factum est.
Primus fuse narrat hac de re Gulielmus de Malmesbury in „De Gestis Regum Anglorum", London 1840, II 10.

[2] Heinemann CDA III 909.

Hosäus, Die Alterthümer Anhalts, (MVAGA 1880, 192) – N. Jacobs, Zur Geschichte des Anhaltischen Harzes (ZHarzG 1875, 185/86) – N. Kraus, Antiquitätensammlung zu Köthen, MVAGA I 176 – Krühne (vide sub praecedenti) Gerbstedt Nr. 29 – J. Meier, Das Tanzlied der Tänzer von Kölbigk (Schweizer Archiv für Volkskunde 33, 1934, 152 ff.) – N. Püttrich, Denkmale der Baukunst des Mittelalters in den Herzoglich Anhaltischen Landen, in MVAGA I 152 – E. Schröder, Das Tanzlied von Kölbigk; in: Nachrichten von der Gesellschaft der Wissenschaften, Göttingen. Philolog. Historische Klasse, Fach 4 Nr. 17 (1933) S. 355 ff. – R. Siebert, Eine Kölbigker Besitzbestätigungsurkunde vom Jahr 1317, in MVAGA VIII (1902) S. 574 – F. Siebigk, Das Herzogtum Anhalt (Dessau 1867) S. 593 – R. Specht, Die anhaltischen Land- und Amtsregister des 16. Jahrhunderts (Bd. 17 der Gesch.-Quellen der Prov. Sachsen u. Anhalt, Berlin 1935) – Th. Stenzel, Urkundliches zur Geschichte der Klöster Anhalts. Das Mönchskloster Kölbigk. (MVAGA 1886 S. 225/33) – idem, Wanderungen zu den Kirchen Anhalts im Mittelalter, ibidem III 419 – Wäschke, Regesten der Urkunden des Herzogl. Haus- und Staatsarchivs zu Zerbst von 1400 bis 1500, Dessau 1909. Nr. 128, 198, 243, 541, 542, 713, 722, 740 – E. Weyhe, Wanderungen im Wippertale, VI, Kölbigk, in „Unser Anhaltland" 1902, S. 2, 256, 536 – idem, Landeskunde des Hzms. Anhalt, Dessau 1907.

### Series Praepositorum (CDA, Wäschke)

Theobald 1142
Ebervinus 1195
Escelinus 1220/21
Johannes 1233
Konrad 1249/57
Thydericus 1281
Daniel 1286, res. † post 1295
Johannes 1292
Hermann 1301
Heinrich (Heidenreich) 1307/09
Theodericus 1315
Heinrich 1337/40
Henning von Zechlitz 1350/54
Heinrich 1356/57
Nikolaus 1371
Johannes 1375
Gregorius 1376
Nikolaus 1389/93
Nicolaus Betmans 1425/30
Johann von Czietz 1458–
Laurentius 1469/70
Antonius 1472
Theodoricus de Novo Castro 1474
Heinrich 1480/82
Johann Einbeck 1525
Johann Erxleben 1540

## LEITZKAU B.M.V. SS. Petrus et Eleutherius

Laetitia Dei, Lex Dei, Unser leven frouwen up deme berghe to Liezeke, Lietzke, Liezeche, Lietzecha, Lezeke, Leczke, Letzka, Litzka, -e, -aw, -ow, -au, -eck, Lysska, Liczk, Leytzke.

Inter Magdeburg et Zerbst, Prov. Sachsen, Dioc. Brandenburg, nunc Paderborn.

Praepositura. Hic fuerat centrum cultus pagani, ideo Wiggerus episcopus Brandenburgensis, una cum Alberto dicto Ursus marchione, annis 1138/39 fundavit canoniam ordinis juxta ecclesiam Sti. Petri in L. Filia S. Mariae Magdeburgensis. Usque ad annum 1161 erat sedes episcoporum Brandenburgensium, quia ipsa Brandenburg fuit adhuc in manibus infidelium. Anno 1155 translata est ad ecclesiam B.M.V. recenter constructam in monte prope L. Canonia haec dives ac potens, cuius praepositi erant infulati, etiam post translationem sedis episcoporum in ipsam Brandenburg multum valebat in electionem eorum, et fuit sedes archidiaconatus, qui totam regionem cis flumen Ihle complectebatur. Parochiae incorporatae et administratae: Leitzkau, Detershagen, Gehrden, Lochau, Nedlitz, Zeddenick, Ziepel. Advocatia fuit penes marchiones Brandenburgenses. Reformationi saeculi XV a Joanne Busch promotae non se adiunxit, ideo ultimo tempore erat collapsa. Praepositus Georgius Rinsch 1519/21 fuit intimus amicus Lutheri, et defecit a fide. Quem tot conventuales secuti sunt, ut anno 1534 vix 4 vel 5 religiosi superessent. Qua ex causa episcopus Brandenburgensis, tunc adhuc catholicus, adiit Summum Pontificem, ut canoniam Leitzkau posset saecularisare et bona eius ecclesiae suae cathedrali unire. Iam anno sequenti vero Elector Brandenburgensis eam oppignoravit laicis. Anno 1564 Leitzkau facta est possessio baronum de Münchhausen, qui eam usque ad nostra tempora retinuerunt, et monasterium adeo mutaverunt in duo castella separata, ut vix unus alterve murus in eis antiquam canoniam in mentem revocet. Superest tamen ecclesia cum una turre, nuper restaurata. Annis 1629/31 Casparus de Questenberg, abbas Strahoviensis, frustra restaurationem canoniae impetrare conatus est.

Archivalia: Maior pars periit. Pauca diplomata hinc inde dispersa in variis archivis vide Germ. Sacra 168/71, v.g. LArch Dresden 3 dipl. 1419/1568. Multa materia de L. invenitur in Archivo Municipali in Zerbst.

Bibliographia: Auvray 2612 – Backmund MaGSchr 120, 123ff. – Brunner 739 – Bünger 121, 194 – Dehio V 2, 305 – Dolista Cap. Sax. cf.ind. 149 – Gabriel 9, 13 – Gau cf.ind. – Germ. Sacra Brandenb. I, 3 2. Teil, 165/98 – Gottlieb 48 – Grote 298 – Hegel cf.ind. – JL 16473 – JbDG Friedrich I 758 – Hauck IV 1025 – Hugo II 63 – Kahl 992/93 – Kdm. Sachsen Krs. Jerichow I und II (1898) 17/20, 129/67 – Lehmann Brockhaus 772 – Lettr. com. Jean XXII 21443, 47710/12, 47719 – Leuckfeld Antiqu. Praem. 118 – LThK VI 478 – MGH SS XXV 481, 482 (de origine) – Mülverstedt Verzeichnis 1867, 134/35 – Petersohn cf.ind. – Potthast 19367 – Reg. Bon. VIII 1249 – Reg. Hon. IV 4016 – Reg. Urbain IV, I 333 – Rep. Germ. II 386 – Riedel CDBr A VIII 21f., X 64/101, XXIV 341f. – idem, Klöster 177ff. – idem Mark Br. 210/13 – Waefelghem 146, 378 – Winter 121/31, 309, 347 – ZAK PAM – W. Dannenberg, Entwicklungsgeschichte des regul. Prämonstr. Domkapitels von Brandenburg, Diss. Greifswald 1912 – G. Heinrich, Die Grafen von Arnstein (Mitteldeutsche Forschungen, Köln 1961, cf.ind. –) – JbHVBr 1888, I IX, 1/52 – H. D. Kahl, Beiträge zur brandenburgischen Geschichte in der Zeit Pribislaw-Heinrichs

und Bischof Wiggers, Berlin 1961 – F. O. Müller, Das Schloß L. (GBMagd 1876, 1/42) – E. v. Niebelschütz, Das Schloß in L. (Montagsblatt, Wissenschaftl. Beilage zur Magdeburgischen Zeitung 15. z7. 1935) – C. Schönemann, Zur Kunde alter norddeutscher Klosterbibliotheken, insbesondere des Klosters L. im 12. und 13. Jh. (Serapeum VI 1845, 17/24) – H. Schutz, Kloster Leitzkau, in: „Der Bär“ XVII 308/11, 320/24 – G. Sello, Henrici de Antwerpe . . . tractatus de urbe Brandenburg, in: XXII. Jahresber. des Altmärkischen Vereins für Vaterländische Geschichte, Magdeburg 1888, S. 1/33 – idem, Zur Geschichte Leitzkaus, in: GBMagd XXVI (1891) S. 245/56 – J. C. Thorschmidt, Antiquitates Plocenses, Lipsiae 1725, 79 et passim – E. Wernicke, Überreste des Klosters L. (GBMagd XIII 1878 445f.) – F. Winter, Die Germanisierung des . . . Gaues Morzane, in: GBMagd IV (1869) 320ff., V (1870) 214ff. – idem, Wanderungen durch Kirchen des Magdeburger Landes, in: GBMagd III (1868) 47/49 – Chronica monasterii Leitzkau, ed. Riedel CDBr IV 283ff.

Series praepositorum (G.S.)

Lambert 1139–56
Wilmar 1156–61
Reiner 1161–78
Evermodus 1187
Hezelo 1194
Reiner 1211
Walter 1214/15
Reiner 1216/30
Bertram 1265
Dietrich 1279/1303
Johannes 1310/20
Heinrich 1329
Petrus 1352/56
Heinrich 1378
Johannes Klinkebil 1376/87[1]
Nikolaus Kuchel 1392/1401
Johannes Rulstorff 1402/26
Petrus 1429/37
Nikolaus Kruger ante 1445, res. † post 1467
Johann v. Arnstedt 1445/63
Johannes Ranfft 1464/66
Nikolaus Witthuhn 1467/70
Johannes v. d. Lippe 1471/83
Matthaeus Zitzke 1489
Heinrich Stott 1492/97, dein praepositus ad B.M.V. in Magdeburg
Gregor Wust 1500/07
Georg Maschkow 1509/19
Georg Rinsch 1519/21
Friedrich Schnerker 1521/23
Michael Herntropff 1523/24
Joachim Barsewisch 1525–37, † 1563 ut canonicus in Havelberg

## MAGDEBURG B.M.V.

Meydenborch, Parthenopolis, Magdeburc, Magdaburh. (Madel-, Magdeberc idem est ac Adelberg, de quo supra)

[1] Iste Joannes Klinkebil designatur semper titulo „vermerer“, id est „auctoris“ canoniae, numquam vero titulo praepositi, quod autem probabilius de facto erat.

Sedes archiepiscoporum usque ad saec. XVI, Prov. Sachsen. Hodie dioc. Paderborn.

Praepositura insignis, caput totius circariae. Gero Archiepiscopus Magdeburgensis hospitale quoddam destructum, situm ante portas, annis 1017 vel 18 mutavit in ecclesiam collegiatam, transtulitque eam intra muros, non longe ab ecclesiam cathedrali. Norbertus archiepiscopus, fundator ordinis, anno 1129 concessit hanc ecclesiam canonicis suis e Praemonstrato advocatis.[1] Initio monasterium duplex, moniales saeculo sequenti sub regula Cisterciensi collocatae sunt apud Stum. Laurentium in eadem urbe. Praepositus, qui erat archidiaconus, iam anno 1191 obtinuit privilegium portandi chirothecas, anno 1227 vero plenum jus pontificalium. Erat quidem de jure sub paternitate abbatis Praemonstratensis, sed illi se detraxit, plenam autonomiam anhelans, de qua lite confer praefationem huius circariae. Sub paternitate ipsius steterunt omnes praepositi circariae, jure fundationis vero tantum sequentes: Klosterrode, Pöhlde, Mildenfurt, Brandenburg, Ratzeburg, Havelberg, Leitzkau, Jerichow, Kölbigk, et initio saltem, ex aliis circariis Vessra et Grobe. Sanctus Norbertus fundator hic sepultus erat usque ad annum 1626, quo reliquiae eius ablatae sunt in Pragam (Strahov).

Canoniae Stae. Mariae anno 1130 adnexum est hospitale ad Stum. Alexium, propriis reditibus provisum. Status personalis: generatim 12 canonici. 1562: 4 DD, 17 conversi, 1587: 1 canonicus. Ecclesias incorporatas habuit multas, quas ab anno circiter 1300 partim ipsa administravit. Aliquas earum, ut Rottersdorf, Wulfen, Pretzien, Lödenburg, Esterhusen, Volkmarsdorf, Elmen, Glinde, Kleinborne ante saeculum XV iterum amisit vel pro aliis mutavit. Sequentes vero possedit usque ad saeculum XVI, et partim usque hodie: Ecclesias parochiales fere omnes in urbe Magdeburgensi, nempe Sti. Stephani, Sti. Johannis, S. Spiritus, Sti. Bartholomaei, Sti. Udalrici. Insuper Salbke, Eichholz, Rothenförde, Welsleben, Burg, Schartau, Schönebeck, Großsalze, Großborne, Wörmlitz, Hohenwarsleben, Altenweddingen.

Saeculo XV erat valde collapsa, sed anno 1446 a Joanne Busch est reformata, et floruit exinde bona disciplina. Ecclesia quidem annis 1547/91 erat clausa, sed ceteroquin conventus protestantismo civitatem et regionem irruenti restitit. Paulatim vero, defunctis religiosis catholicis, canonia est facta lutherana, ecclesia anno demum 1591. Conventus anno 1597 primum praepositum lutheranum elegit. Annis 1628/32 iterum ordini erat restituta. Capitulum Generale Ordinis anno 1660 commisit jura pontificalia huius mona-

[1] Collegiatam vero transtulit ad ecclesiam Sti. Sebastiani, quae hodie est ecclesia cathedralis catholica.

sterii, sicut et titulum abbati Sti. Andreae in Nemore, Circ. Ponthivi (St. André-au-Bois). Canonici protestantes vero vitam regularem more consueto prosecuti sunt, coelibes atque in habitu candido, paucis tantum mutatis mutandis. Anno 1698 initiaverunt scholam, quae in posterum celebris evasit. Usque ad annum 1722 nuncupaverunt se „Ordinis Praemonstratensis", et usque ad annum 1776 recitaverunt horas canonicas, et quidem Latine. Praeclarissimus ex praepositis lutheranis erat Gotthelf Rötger, secundus quasi fundator. Paulo post eius mortem vero, anno 1834 canonia practice saecularisata est, et mutata in scholam gubernialem, retentis nomine „monasterii" et propriis bonis. Sub hitlerica tyrannide et hoc ultimum residuum suppressum est.

Aedificia fere integra e saeculo XII supersunt, pulchra ecclesia, quae annis 1816–78 iterum erat catholica, et claustrum cum omnibus locis regularibus in stylo romanico. Omnes casae circumiacentes in bello 1944 combustae sunt atque eversae, dum canonia nostra, bene restaurata, stet sola in campo. Ecclesia nunc est odeon, claustrum vero museum et bibliotheca.

Archivum, anno 1628 adhuc intactum, non iam invenitur. Capitulum Generale anni 1660, supra allatum, ordinavit inquisitionem de sorte archivorum, quae notorie in incendio urbis an. 1631 non perierant. Ergo a religiosis secedentibus – ut pluries putabatur – non sunt ablata. In LArch Dresden inveniuntur 9 diplomata originalia an. 1136/1697. Ea quae supersunt in LHA Magdeburg, tractant praesertim de tempore lutherano: 100 dipl. 1015, 12..–1819; 3400 acta 1300/1936, 42 chartae. 36 Erbzinsregister 1528/1834, 14 Lehnbücher 1569/1839. – BMun Nancy MS 992/XV, 279/99; 995/I, ff. 383/87: missio aliquorum Steinfeldensium 1589/1601, mors ultimi praepositi catholici, electio primi protestantis; ff. 388/96 relatio de „contra-reformatione" in Circaria Saxoniae 1628/31. – Archivalia conspicua sunt in Arch. quondam abbatiae Strahoviensis Pragae: Privilegium pontificale 1192, Acta Capit. Prov. Circ. Saxoniae ab anno 1492 (edd. Dolista) et correspondentiae ex annis 1628/31.

Bibliographia: ACG 1498, 34 – Auvray 349, 437, 599, 2286, 2287 – Brunner 742 – Bünger 195 – Busch, Chron. Windeshem. cf. ind. – Cottineau 1704 – Dehio 279/84 – Dolista Cap. Sax. 149 – Gabriel 8 ff. – Goovaerts 33, 124, 139, 182, 326, 441, 496, 499, II 72, 82, 216, 230, III 189, IV 179, 215, 319, 324 – Hauck III 1039 – Hegel cf. ind. – Hertel UrkULF – Hugo II 169/86, pr. 106/29 – JL 12837, 14320/23, 16581 – Kahl 994 – Köhler Ilf. Reg. cf. ind. – Lehmann/Brockhaus 840, 843, 845, 847 – Leuckfeld Ant. Praem. cf. ind. – Lienhardt Eph. Hag. 279, Auct. 18 – LThK VI 779 – MGH Ep. Sel. 119, 173, 194, 225 – Mülverstedt Verzeichnis – Petersohn cf. ind. – Potthast 1182, 3005, 3006, 4060, 8521, 8698, 8840, 9599/9600 – Pressutti 3289, 4843 – Reg. Imp. V cf. ind. – Rep. Germ. II 386, 399, III 122, 225, IV 110, 2546, 2690, 2839, 2960, 3060, 3310 – Waefelghem 156 – Winter 116/21, 352/74 – ZAK PAM – idem EOP (1928), 84, 173, 177, 180, 296, 299, 300, 310, (1929), 53, 135, 145, 243 – A. Bormann, Über die Schicksale des Archivs des Klosters ULF im 17. Jahrh., Magdeburg 1875 – Bormann/Hertel, Geschichte des Klosters U.L.F. zu Magdeburg, M. 1885 – J. Engelmann, Untersuchungen zur klösterlichen Verfassungsgeschichte in der Diözese Magdeburg 950/1350 (Beitr. zur mittelalterl. u. neue-

ren Gesch. Jena 1933) – N. GRUBE, Joh. Busch, der Reformator des Liebfrauenklosters zu M., Freiburg 1881 – A. HARTMANN, Die Klosterkirche U.L.F. zu M. (Zschr. f. praktische Baukunst, Berlin 1854, 135/48) – N. HASAK, Die Liebfrauenkirche in M., in: GBMagd 49/50 (1914/15) 371/94 – G. HERTEL, Die Überweisung des Klosters ULF an die Prämonstratenser (ibidem XI 1876, 72/79) – IDEM, Die Gegenreformation in Magdeburg (Neujahrsbll. der Histor. Kommission, Heft 10, Magdeb. 1886) – IDEM, Urkundenbuch der Stadt M. 3 Bde. Berlin 1892/96 cf. ind. – IDEM, Eine Urkunde des Klosters ULF von 1459 (ibid. XVIII, 1883) – IDEM, Regesten u. Urkunden zur Gesch. des Klosters ULF im 16. und 17. Jahrh. (ibidem XXI 1886) – IDEM, Über die Datierung einer Schenkungsurkunde für das Kloster ULF 1145/48 (ibidem XXXVII 1902) – F. HÜLSSE, Die Einführung der Reformation in der Stadt M. 1883 – IDEM, Eine Urkunde des Klosters ULF von 1302 (GBMagd XVI 1881) – N. KLIMESCH, Zacharias Bandhauers Tagebuch der Zerstörung Magdeburgs 1631, Wien 1856 – N. KNANT, Die Handschriften und ältesten Drucke der Klosterbibliothek ULF (Jahrb. des Pädagogiums Kloster ULF zu M. (1877, B XLI, S. 37/48) – N. KNITTERSCHEID, Der Kreuzgang des Klosters ULF (Zschr. des Architekten- und Ingenieurvereins zu Hannover XXXII Heft 8, 1886) – J. KOTHE, Zur Baugeschichte der Kirche ULF in M. (GBMagd 1913, 181 ff., 1918/19 120/21) – IDEM, Das Kloster und die Kirche ULF (Zschr. für Bauwesen XLV, Berlin 1895) – F. LAMMERT, Neue Beiträge zur Gesch. des Klosters ULF zu Magdeburg (Jb der Akademie gemeinnütziger Wissenschaften zu Erfurt, NF, Heft 49, 1930, 5/40) – P. J. MEIER, Zur Baugeschichte des Klosters ULF (GBMagd XLVI 1911, 409/16) – IDEM, Das Alexiushospital bei Unser Lieben Frauen (ibid. XXV, 1890, 257/324) – W. MÖLLENBERG ibid. 1920, 1/27; 1924, 116/26 – IDEM, in Neujahrsbll. der Histor. Kommission Heft 42 – IDEM in ZVKPS XXIV (1928) 21/31. Cf. Anal. Praem. VII 343 – IDEM, Der Codex Viennensis (JHKSA III 1927, 149/76 – F. O. MÜLLER, Zur Baugesch. des Klosters U.L.F. (GBMagd XVI 1881, 196/209) – E. NEUBAUER, Zur Fortführung der Gebeine des Erzbischofs Norbert aus M. im Jahr 1626 (ibid. XXV 1890) – IDEM, Bibliographie zur Gesch. des Klosters U.L.F. (ibid. 1914/15) – O. PETERS, Magdeburg und seine Baudenkmäler, M. 1902 – A. PIETSCHMANN, Zacharias Bandhauer und seine Tätigkeit in Tepl, Chotieschau und Magdeburg (Beiträge zur Gsch. des Stiftes Tepl II, 1925, 1/82) – F. v. QUAST, Beschreibung der Marienkirche in M. (Zschr. f. Christl. Archäologie u. Kunst I 1856, 167 ff.) – SBeWiWi CXLIV 1901, 77 – A. STARA, Eine bisher unveröffentlichte Papsturkunde für ULF von 1192 (GBMagd 51/52 [1916/17] 212/16) – K. WEIDEL, Das Kloster ULF in M., Augsburg 1925 – F. WINTER, Die Kirchenpatronate des Klosters ULF in M. in Vergangenheit und Gegenwart (Festschrift zum 900jähr. Jubiläum, Magdeb. 1920)

### Series praepositorum (Weidel, emend. a Landesarch. Magdeburg)

#### 1. Catholici

Norbertus 1129–34
Wigger 1134–38
Evermodus 1138–54
Konrad 1156
Ludwig v. Henneberg 1159–60
Baldram 1161/79
Ulrich 1180, 1199
Johann 1208/09
Wichmann 1210/28
Ulrich 1229
Johann 1230/46
Burchard 1259

Reiner 1265
Heinrich 1269
Nikolaus 1274/85
Hermann 1287
Nikolaus 1295/1305
Werner 1307/17
Konrad Reiche 1327/33
Peter 1335
Konrad 1343
Peter Odilie 1349/56
Johann 1365/71
Jakob 1381
Bertram 1382
Konrad Schartow 1386/92
Johann v. Wansleben 1400/05
Johann Berting 1405–23
Heinrich Segerdes 1424/27[2]
Johann Auleben 1434
Konrad 1437/40
Eberhard Woltmann 1447/79
Andreas Witte 1482/90
Johann Algesheim 1492/97
Heinrich Stott 1497–1534
Johann Erxleben 1534–67 (cf. Kölbigk)
Balthasar Huft 1567–76
Johann Meyer 1576–89
Adam Helfenstein 1589–97
Martin Stricker (sac. saecularis) 1628–32
Joh. Bapt. Van den Bossche, alias Sylvius, vicepraepositus 1628/32 simul praepositus in Lorsch.
Johann Coomans, praep. titularis 1644[3]

### 2. Lutherani

Adam Löder 1597–1612
Dietrich Löder 1612–13
Theodor Aue 1613–14
Bartholomaeus Jacobi 1614–28, † 31
Interregnum 1632–42
Reinhard Bake 1642–46, res.
Philipp H. Malsius 1646–55
Mauritius Schöne 1655–60, depos., † 1670
Zacharias Hermann 1660–65
Johann Zimmermann 1665–68
Samuel Closius 1669–78
Philipp Müller 1679–1702
Johann Fischer 1702–05
Joachim J. Breithaupt 1705–09
Johann Tribbechow 1710–12
Johann F. Botterweck 1712–21
Friedrich Opfergelt 1721–40
Johann G. L. Ebeling 1740–50 (primus praepositus uxoratus)
Gotthelf Ch. Bake 1750–75
Johann J. S. Quirl 1775–79
Gotthelf S. Rötger 1780–1831
Karl Ch. G. Zerrenner 1832–51 (ultimus praepositus electus e gremio, sequentes sunt „directores" no-

[2] Romae habebatur ut illegitimus, an. 1428 adhuc est in possessione, dum Curia Romana an. 1427 iam contra eum confirmasset Joannem Wulff (Rep. Germ. IV 2, 2546. DF. IV 1, 110).

[3] Fuit canonicus Tongerloensis. Anno 1644 nominatus est praepositus titularis canoniae B.M.V. et missionarius apostolicus in Saxonia et in Brandenburg. Residentia eius in Magdeburg erat provisa. Tamen hanc urbem petens ex Roma, obiit in itinere in Neustift eodem anno 1644 (Goovaerts I 139).

minati a gubernio)
Gottlob W. Müller 1856–67
Friedrich L. W. Herbst 1867–73
Albert K. E. Bormann 1873–82
Karl Ch. A. Urban 1882–1991

Otto Rößner 1911–
Bruns
Karl Weidel
Gustav Schulze –1945

ELENCHUS